IACOBVS Dei gratia sanctæ Treviren Ecclia Archiepus sacri Romani Imperij per Galliam & regnum Are-
latense Archicancellarius ac princeps Elector, Devoto nostro dilecto Georgio Emmerngio presb-
bitero nra Diocesis Salutem in dno. Attentis laudabilia probitatis & virtutum merita, quibus
apud nos pollere famaris, ut ad tuam promotionem merito inclinemur Vacante siquidem pastoria pa-
rochialis Ecclia in Haselbach nra Diocesis cum Ecclia in Heingin etiam nostræ Diocesis unita ex-
istit, Cuius collatio seu quævis alia dispositio certo modo ad nos pertinere dinoscitur. Tibi eandem
dei præcipue & præfatorum meritorum tuorum intuitu, maxime vero quod ob factam nobis iuxta sacro-
sancti tridentini Concilij decreta fidei professionem compertamque morum & doctrinæ integritatem ad
eam idoneus iudicatus sis. duximus conferen. & conferimus per præsen. Tibique de illa providimus
ac præsentibus in dei noie providemus, Nec non te investivimus & præsentium traditione literarum
investimus. de eadem pastoria. cum iuribus. fructibus. redditibus. proventibus & emolumentis univer-
sis Curam animarum & custodiam reliquiarum in animam etiam districtius committen. Quocirca
mandamus universis & singulis præsbiteris Notarijs & Tabellionibus publicis per nostras Civitates &
Diocesin Treviren ubilibet constitutis quatenus acceden Ecclesiam parochialem in Haselbach præfata
vel si quo alias propterea fuerit acceden, te aut procuratorem tuum legitimum tuo nomine in
realem, corporalem & actualem possessionem dictæ pastoriæ inducant, seu alter eorum inducat
Mandantes tibi de universis & singulis fructibus, redditibus iuribus, proventibus & emolumen-
tis dictæ pastoriæ integre respondere. Datum Vdmariæ vicesima quinta mensis Julij Anno
domini Millesimo quingentesimo septuagesimo tertio. nostro sub sigillo presentibus subimpenso.

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: FA/4, Nr. 24

Quicquid iuris in his litteris contentum, ut mihi Georgio Fremingi(?) Lutzenburgensi, a Rmo Domino Archiepiscopo Trevir: Jacobo ab Eltz piae memoriae traditum fuit, quantum ad curam et regimen Ecclesiarum parochialium in Haselbach et Harntze(?) spectat, hoc idem ius ego nunc libere, sponte et voluntarie offero, trado et resigno, Ro Viro dno Conrado Planck(?) [illegible], summopere atque obnixe rogans, ut Reverendiss: D: Archiepiscopus praedictus moderni sua authoritate hanc resignationem approbare velit. Dat Crucenacli(?) 31 octobr. Ao 67.

Collatio pastorie in Hasselbach
a Janiz 1573.

Hasselbach

[illegible]

Taxa Cancellarie
ex gratia 4 fl
aurei, [illegible]
alty

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: FA/4, Nr. 24

Quum Ius in his literis contentum, ut mihi Georgio [illegible] Lützenburgensi Plū, a R[everendi]ssimo
Domino Archiepiscopo Trevir: Jacobo ab Eltz piae memoriae traditum, fuit, quantum
ad curam et regimen Ecclesiarum Parochialium in Haselbach et Heintze spectat, hoc idem
ius, ego nunc libere, sponte et voluntarie offero, trado et resigno, Ve: Viro d[omi]no Conrado
Plan[illegible], summopere atque obnixe rogans, ut Reverendiss: D: Archipraesul [illegible] moderni
sua authoritate hanc resignationem approbare velit. Dat. [illegible] 31 Octob. Ao 67.

Collatio pastorie in Haselbach
26 Junij 1573.

Haselbach

Taxa Cancellarie
ex gratia 4 [illegible]
aurei [illegible]
[illegible]